# Peccatum m
## cum uariis

Sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen et uoluens libenter que statim ut attingerunt animum respui debuerunt, non negandum est esse peccatum, sed longe minus quam si in opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus uenia petenda est pectusque percuciendum atque dicendum: Dimitte nobis debita nostra; faciendum quoque quod sequitur atque in oratione iungendum: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Augustinus XII. libro de trinitate.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

cogitatione] cogitate B; tamen] cum B; uoluens] uolens M P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; attingerunt] attigerint M, attigerunt P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; debuerunt] debere $L^2$; in] et $V^2$ $L^1$ $L^2$; atque dicendum *om*. C; XII. libro] libro XII. C